



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 21. Synodi diploma a Commendoni porrectum, Electorisque responsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

Sæcul. XVI. exploraturus, illumque ad consilia Reli-
A.C. 1561. gioni proficia inducturus. Nec Com-
 mendoni consilio prosper defuit even-
 tus; quippe Joachimus omni obsequio-
 rum genere, quo a Principe Sacræ Se-
 ði addictissimo, ac studiosissimo honora-
 ri potuisset, illum exceperat, necnon
 cuncta, quæ ipse de Concilio profere-
 bat, cum summa tranquillitate auscul-
 tans, adeo non continuandæ Synodi
 propositum vel minimo signo reproba-
 bat, ut etiam illam celebrari, non sine
 maxima animi sui lætitia excepisse, ac
 plurimum ad pacem propensus videre-
 tur: quinimo nunquam de Pontifice abs-
 que singulari veneratione, ac decentia
 verba faciebat: absoluto autem pran-
 dio, hospiti suo quietem procurandi ob-
 tentu usus, ipsum ad cubile deducebat,
 quin per integrum diem de cu-
 juscunque negotii summa cum illo col-
 loqui vellet. Altera die rursus cum eo
 mensæ accumbens, de variis rebus nil
 ad rem attinentibus cum illo sermoci-
 nabatur, cumque illum saltem per quin-
 decim dies detinere intenderet, hinc
 sedulo omnem de legationis suæ cauffa
 agendi occasionem removebat.

§. XXI.

*Synodi diploma a Commendono porre-
 ðum, Electorisque responsum.*

Cete-

Ceterum Commendonus temporis op- Sæcul. XVI.
A.C. 1561.
 portunitate usurus, alloquii copiam *Epiſtol. Com-*
 summis precibus efflagitabat, qua ob- *mend. ad Bo-*
 tenta Electori Pontificis literas unacum *rom. 5. Febr.*
 convocati Concilii diplomate tradidit, *Pallav. c. 4.*
 quibus perlectis Elector desuper delibe- *n. 3.*
 randi spatium sibi indulgeri petiit, ac *Raynald.*
 tandem is exeunte Mense Februario quin- *n. 32.*
 to post Nuntii adventum die responsum
 dedit, cuius summa hæc est: „Pontifi-
 „cis salutationem debita reverentia ex-
 „cipio, multasque illi grates rependo;
 „jam tunc, dum in Hungaria fuerat, o-
 „ptimus summi Pontificis animus, ac
 „singularis benevolentia mihi innotuit:
 „Ego quidem semper paci studebam,
 „cui adhuc impræsentiarum operam na-
 „vo, quamvis meus conatus non o-
 „mnibus probetur: ast placere homini-
 „bus inter postremas mihi curas est,
 „dummodo animum meum ad conscienc-
 „tiæ tranquillitatem componere, ac Dei
 „Verbum exequi valeam. Ex hujus
 „rei studio, non autem ex mentis levi-
 „tate Confessioni Augustanæ nomen
 „dedi, ac unice exopto, ut singuli, &
 „præcipue summi Pontifices veram fi-
 „dem agnoscerent. „ Postmodum ad
 Synodum sermonem convertens hæc
 subjunxit „ cum hoc negotium nec ad
 „me solum, nec ad solos Principes Naum-
 „burgi congregatos, sed ad omnes Au-

C 4 gustas

Sæcul. XVI. „gustanæ Confessioni addictos spectet,
 A.C. 1561. „respondere mihi haud licet, nisi quod
 „communi suffragio decretum fuerit:
 „interim me quod attinet, omnem na-
 „vabo operam, ut concordia, atque u-
 „nio revocetur, quamvis plurimas præ-
 „videam difficultates, sicut ipsem tibi
 „in familiaribus colloquiis fæpius signi-
 „ficabam ea usus sinceritate, quæ meo
 „inest animo: porro cum eundem quo-
 „que animi candorem tibi insitum agno-
 „scam, exinde permovere, ut meum
 „obsequium recusare haud valeam, ac
 „tecum amicitiam meam continuare
 „percupiam. „

§. XXII.

Commendoni responsio ad Electorem.

*Fallav. c. 4.
n. 4. § 5.*

Ad officiosa hæc Electoris verba Nun-
 tius cum tanta eloquentia, tamque
 rara ingenii amplitudine respondit, ut
 hunc Principem ab errore, in quem ni-
 mia sua credulitate prolapsum erat, nul-
 lo ferme negotio revocasset, nisi Elec-
 tor hujus Viri consortio, ac consilio
 opportune uti a suis Consiliariis suisset
 prohibitus: Ceterum Commendonus
 hæc Electori reposuit: „Afferis, te con-
 „scientiæ tuæ stimulis agitatum Augu-
 „stanæ Confessioni nomen dedisse: ast
 „eadem quoque Religione obstringeris
 „Christum Dominum vere agnoscere, id
 „tamen